PIUS PP. VI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Alias fel. rec. Benedicto PP. XIV. Predri nostro pro parte cla. me. Ferdinandi, dum vixit, Hispaniarum
Regis Catholici exposito, quod dudum rec. me. Clemens PP. XII. etiam Predecessor noster Hospitali Dolorum Jesu Christi Crucifixi nuncupat Mulierum Invalidarum
Civitatis Ispalen, quod, ut idem Clemens Predri acceperat, clar. itidem mem. Philippi V., dum pariter vixit earumdem Hispaniarum Regi Catholico gratum, et acceptu
existebat, de alicuius subventionis auxilio providere volens Hospitali predicto, et pro eo illius Rectoribus, seu Administratoribus pro tempore existentibus, vel eorum legi-
timo Procuratori unam Pensionem annuam trecentorum quadraginta quinque Ducatorum Auri de Camera, et unius Julii monete super fructibus, redditibus, et proventibus
Mense Archiepalis Ispalen, que de jure patronatus ipsius Philippi Regis ex privilegio Aplico, cui non inveniebatur eatenus in aliquo derogatum esse, dignoscebatur, ad qua-
tuordecim Annos tunc proximos tantum duraturam sub certis modo, et forma tunc expressis, ac de consensu tunc pariter existentis Archiepiscopi Ispalen, et per
Rectores, seu Administratores ptos in subsidium, et subventionem Mulierum invalidarum in dicto Hospitali tunc, et pro tempore existentium juxta dicti Phi-
lippi Regis mentem, et intentionem, et non in alios usus convertend. Aucte Aplica reservaverat, constituerat, et assignaverat, et aliis, prout in dicti Clemen-
tis Predecessoris Literis desuper sub Plumbo expeditis uberius dicebatur contineri. Et in eadem expositione subiuncto, quod quatuordecim anni, ad quos Pensio pta
reservata fuerat jam expiraverant, vel brevi expiraturi erant, cause vero, propter quas reservatio pensionis facta fuerat, adeo perdurabant, cupiebatque propter-
ea dictus Ferdinandus Rex eamdem Pensionem ad aliud tempus prorogari, et tunc existens Archiepus Ispalen suum ad id consensum prestiterat, idem Bene-
dictus Predecessor supplicationibus dicti Ferdinandi Regis nomine super hoc humiliter porrectis inclinatus reservationem dicte pensionis ad alios quatuorde-
cim annos a die cessationis reservationis pte computand. Aucte Aplica prorogavit, extendit, et ampliavit. Postmodum vero, cum quatuordecim anni ab eo-
dem Benedicto Predecessore prorogati jam effluxissent, seu brevi effluxuri essent, rec. quoque mem. Clemens PP. XIII. pariter Predecessor noster, reservatio-
nem pte pensionis ad alios quatuordecim annos a die cessationis aliorum quatuordecim annorum ab ipso Benedicto Predecessore prorogatorum computandos, ser-
vata tamen ceteroquin Clementis, et Benedicti Predecessorum prefatorum literarum forma, et dispositione itidem prorogavit, extendit, et ampliavit, et aliis,
prout in ipsius Benedicti, et Clementis XIII. Predecessorum literis desuper in simili forma Brevis die xxviii. Januarii MDCCL, et respective die xxiii. Septembris
MDCCLX. expeditis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut Charissimus in Christo Filius noster Carolus
earumdem Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, quatuordecim anni a dicto Clemente XIII. Predecessore prorogati, extensi, et ampliati, vel
fere jam effluxerint, seu brevi sint effluxuri, cause vero hujusmodi adhuc durent, ac proinde idem Carolus Rex pensionem annuam ptam ad alios quatuorde-
cim annos a Nobis prorogari summopere cupiat, ac Venerabilis Frater Modernus Archiepus Ispalen suum pariter ad id consensum prestiterit, Nobis propter-
ea idem Carolus Rex humiliter supplicari fecit, ut in premissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur ipsi-
us Caroli Regis pio desiderio hac in re, quantum cum Dno possumus, favorabiliter annuere volentes, ac Rectorum, et Administratorum Hosplis pti singulares
personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclicis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium tm consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,
de Venerabilium Fratrum nrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, consilio, attentis narratis,
reservationem, constitutionem, et assignationem supradicte Pensionis annue trecentorum quadraginta quinque Ducatorum auri de Camera et unius Julii monete super fructi-
bus, redditibus, et proventibus dicte Mense Archiepalis Ispalen Hospitali Pauperum Mulierum invalidarum Civitatis pte, et pro eo illius Rectoribus, et Administratoribus
ptis, aut illorum legitimo Procuratori a Clemente XII. ut ptur, factas, et a Benedicto XIV. ac Clemente XIII. Predecessoribus ad quatuordecim annos prorogatas, attento consen-
su ab eodem Archiepo prestito, ad alios quatuordecim annos a fine, seu cessationis dictorum quatuordecim annorum ab eodem Clemente XIII. prorogatorum, servata tamen ceteroquin
Clementis XII. Benedicti, et Clementis XIII. Predrum pdtarum literarum forma, et dispositione, Aucte Aplica tenore presentium prorogamus, itidem extendimus, et ampliamus; salva tamen
semper in premissis Aucte Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et ob-
tinere, ac ptis Rectoribus, seu Administratoribus nunc et pro tempore existentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, et delegatos, etiam
causarum Palatii Aplici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctte scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, et sin-
gulis illis, que dti Clemens XII. Benedictus, et Clemens XIII. Predecessores in suis literis ptis voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome
apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii MDCCLXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Reg.to F.o 126

I. Card: de Comitibus

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Nota

En vista deste Brebe de prorrogacion de pension por otros catorce años mas sobre los frutos y rentas del Arzobispado de Sevilla à favor del Hospital de Mugeres impedidas de aquella Ciudad, y de lo expuesto por el Sr. Fiscal; ha retenido la Camara en la forma ordina. la Clausula que incluye de Privilegio apco. que recaè sobre el Patronto. de la Sta. Iglesia de Sevilla, mediante que el Patronato compete à S.M. por otros justos y legitimos titulos tambien constantes expresamente en las Leyes del Reyno: Y en la propia conformidad ha retenido tambien las clausulas de Jueces Delegados y de la que refiere quedar salva la autoridad de la Congregacion de Cardenales interpretes del Concilio, pues en el caso de no cumplir con el pago desta pension el Muy Revdo. Arzobispo de Sevilla, estando concedida por S.M. y siendo de su Rl. Patronato aquella Mitra y Mesa Arzobispal corresponde el conocimto. protectivo à S.M. ò ala Camara à donde se devera hacer el recurso correspondiente, ò al immediato superior ordinario ecco en su caso: Con cuyas calidades ha concedido el pase deste Breve por Decreto de veinte y nueve deste mes. Madrid treinta y uno de Mayo de mil Setecientos Setenta y cinco.

El Marqs. de los Llanos

Nota

De orden de el Sr. Dr. Dn. Ignacio Cevallos Dignidad Arcediano de Niebla, y Canonigo de la Santa Yglesia Metropolitana, y Patriarl. de esta Ciudad de Sevilla Sub Colector Gral. de Expolios, y Vacantes de ella y su Arzobispado Yo el infrascripto como inteligente en la Lengua Latina hize traducion en Castellano de este Breve Apostolico, que con el en luego de que certifico, y lo firmo en Sevilla à Onze de Marzo de mil setecientos y setenta y seis años=

Lizdo. Franz. de Paula Barbero y Valenzuela

Queda tomada la razon en los Libros de esta Contaduria de espolios, y vacantes de mi Cargo y la Copia traducida de este Brebe. Sevilla 10. de Abril de 1776.

Lizdo. Juan Antt. Domezain

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 602
Hospital del Pozo Santo leg. 6